

- » conscientiam et secundum Deum et non per preces. Et hec pars
- » legatur in primo Consilio, quod fiet pro electione ducis.

» De parte	38
» De non	0
» Non sinceri	0.

- » Die XXII octobr. cum additione.

- » Quod de materia Serenissimi principis, que tractata est in
- » isto consilio et de illis qui locuti fuerunt et verbis dictis expo-
- » suerunt partes, et de ballottis habitis non possit extra hostium
- » hujus sale loqui aliquid nec per alium modum, aliquid dici, de-
- » clarari, nec indicari aliquo modo, forma vel ingenio. Et similiter
- » aliquis de isto Consilio et etiam notarii, unus cum altero habeat
- » simile secretum extra hostium hujus sale, sub pena ducatorum
- » mille et privationis omnium officiorum, beneficiorum, regiminum
- » et consiliorum nostri domini intus et extra imperpetuum, de
- » pena non possit fieri gratia, sub pena ducatorum mille. Possit
- » tamen cras post nonam loqui et dici id quod captum est de ele-
- » ctione novi ducis.

» De parte	38
» De non	0
» Non sinceri	0.

- » Die XXII octobris cum additione 1457.

- » Cum providendum sit quod illi qui interfuerunt deliberatio-
- » nibus factis in isto Consilio cum additione de facti serenissimi
- » domini ducis possint ullo unquam tempore dubitare, quod per
- » ipsum dominum ducem et attinentes suos aliquid minusque de-
- » bite fiat contra eos: Vadit pars: quod prefatus sereniss. d. dux
- » et omnes attinentes ejus, qui cum eo se expellunt a capello, non
- » possit nec possint esse iudices in aliquo casu civili et criminali,